adcitavistis Sigillum nrum Cancellariae nrae minoris ab alijs literis avulsum praenotatae adcitationi Cuti in ipso sigillo et adcitatione manifeste videre est, cera sigilli avulsi liquefacta applicare datumq praememoratae adcitationis Cracoviae etc. anni praesentis adscribere. Cum eo tempore quo vos data adscripta est Reverendus N. Epus P. mislien. et Regni nostri Vicecancellarius praesens circa nos Craci non fuerit sed ab aliquot septimanis antea discessent, atq iuxta datam per vos adcitationi adscriptam Cracoviae absens existens sigillare etiam adcitationem non potuit nec sigillauit quo nomine in poenas eiusmodi factum vrum condignas contra eiusmodi patratores in iure communi descriptas incurristis. Ad quas decernendas ac in vos et personas vras extendend. citamini. Personaliter ad videndum et audiendum praemissa omnia et alia huic negotio quouis modo opportuna ac necessaria vobis in aduenienti termino latius obijci et probari. Vos poenas facto vestro condignas legibus descriptas incurrisse decerni, super vobis easdem extendi ac quod ex iuris praescripto et Senatorum nostrorum sententia venerit contra vos statui. Sitis itaq. parituri et si quid de iure vobis competierit responsuri. Certificamus autem vos quod siue in dicto comparueritis Termino siue non nihilominus nos vestra contumatia non attenta eo in negocio superioritatem et autoritatem vram tangen. summus con. vos processuri et decreturi. Datum etc.

## Altera vone Thelonei iniuste extorti

Stephanus etc. Tibi Generoso N. Thelonei nri in Camera nostra N. exactori ex eodem Teloneatus officio bonisq. tuis omnibus mobilibus et immobilibus per te in Regno ac dominijs nostris habitis et possessis. Mandamus ut coram nobis et Iudicio nro ubi tunc cum curia nra fuerimus constituti, feria etc. nunc instanti prox. Ad instantiam Spectabilium Proconsulis Consulum totiusq. Communitatis ciuitatis nrae N. personaliter ac peremptorie compar. Citamus pro eo quia tu in derogationem Iurium et Priuilegiorum antiquorum ipsis Actoribus a Diuis antecessoribus nris benigniter largitorum quibus a solutione quorumuis Teloneorum in Regno ac dominijs nostris a rebus et mercibus suis sunt absoluti et in quorum usu ac possessione continua hucusq. semper fuerunt Ausus es Teloneum a rebus et eorum mercibus exigere atq. ita iuribus ac libertatibus illorum contrauenire, prout equidem de facto exegisti et contrauenisti. Eo non attento imo posthabito quod de manu tenendis ipsorum libertatibus vniuersalibus mandati nostri literis manu nra subscriptis ex parte eorundem Actorum requisitus et admonitus fuistes, idipsum faciendo in graue uilipendium Mandati nostri ipsorum vero Actorum ingens praeiudicium et damnum, quod sibi contra te ad duo ... floren. mon. et numeri Regni nri taxant et estimant. Citamus itaq. ad videndum et audiendum ea omnia tibi in aduenienti termino latius obijci deduciq. atq. probari teipsum mandato nro tum etiam Actorum iuribus et libertatibus per indebitam telonei exactionem contrauenisse decerni. Eosdem Actores circa eorum iura ac libertates possessione continua firmatas Decreto nostro conseruari ad restitutionem

exacti Telonei te Judicialiter compelli necnon in damnis expensis
taxatis per ipsos utriusque est contumbardis condemnari ac id
quod ex iuris Ordine venerit contra te statui et decerni Sis itaq.
pariturus et responsurus Certificamus a idem te etc.

## Mandatum ad consules Crac. ut exe-guutionem Decreti Sac. R. M. fi-nalem faciant

Stephanus etc. Spectabilibus Proconsuli et Consulibus Civitatis
nostrae Crac. Fid. nobis dilectis gratiam nostram Regiam Spectabiles Fid.
nobis dilecti Tulimus non ita pridem ex partium controversia
Decretum nostrum inter Famatos. L. N. Actorem ex una necnon
et Conventum par. ab altera ratione violentae adeptionis per
ipsos conventos loci ipsius Actoris in Depositorio Crac. vigore iuris
dicti habiti et possessi damnorumq. exinde secutorum quo in ne-
gocio ex rationibus Decreto nostro adscriptis memoratum Acto-
rem in possessionem pacificam loci dicti tanquam expulsum restitui de-
bere cognovimus illudq. decretum nostrum exequutionis finalis fa-
ciendae gratia ad officium Fid. vestrum remisimus Mandamus i-
taq. Fid. vestris id omnino habere volentes ut Fid. vestrae hisce
literis nostris requisitae debitam ac finalem eiusdem Decreti
nostri memorati omniumq. et singulorum in eo contentorum clau-
sularum exequutionem quamprimum procrastinationibus quibusvis
remotis faciant nec ulli parti iniuriciis exceptionibus et ter-
giversationibus iniuridicis locum relinquant quin etiam potius
dent operam ut debita Decretorum nostrorum constet autoritas
ultimaq. eorum celebretur exequutio Facturae Fid. vestrae quod
earum est in exequendis Decretis nostris officij pro sua er-
ga nos debito et gratia nostra Datum etc.

## Mandatum ad Exactorem ut moniales iuxta suas libertates conseruet, nec contribut. exigat

Generoso etc. Contributionum publicarum Terrae etc. Exactori Fideli dile-
cto in absentia eius Successori vel Notario gratiam nostram Regiam
Generose Fid. nobis dilecte. Questae sunt nobis Devotae ac Religiosae
virgines ordinis Sancti Francisci Conventus N. Fid. tuam adigere
illas ad solvendam contributionem publicam ex certis fundis monasterij
illarum proprijs a qua anteactis temporibus fuerant semper liberae
immunitate Ecclesiastica desuper illis serviente supplicantes nobis ut in
eadem quoq. immunitate easdem conservaremus. Quare nos pro aequita-
te et pietate manum nostram illis porrigere volentes Mandamus Fid. T.
ac ita omnino habere volumus ne easdem moniales ad solvendam contribu-
tionem eiusmodi ullo modo adigat imo quemadmodum praeteritis temporibus
liberae ab illa solvenda fuerant liberas et nunc eas esse sinat et faciat